

certe aliquando aurore ex sacris literis. quae non uno loco in-
bent nos e Babylone discedere. Sed deus ista viderit. nos quisque
suam interim crucem feremus. et ad 29 decembris. longius iter
ingrediar. Benignitatem dei, quam hactenus sensi. porro secuturus.
Quare deum pro me ora. et aliquando aliquid scribe. si quid habes.
quod me audire velle arbitraberis. Bene vale in Domino. Datum
Vratislaviae. die Natalis Christi. ⁽¹⁵⁴⁸⁾ quo magnum nobis annunciatum
est gaudium. quod si retinuerimus salvi sumus. utcumque
sciat mundus. Iterum vale

J. A. Glander.